

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6126

Auteur(s) : Henri de la Prée [particulier]

Bénéficiaire(s) : Michel, Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1152, 21 décembre-1159, 1 décembre]

Lieu d'émission : Le Neubourg Préaux

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri de La Prée donne à l'abbaye de Préaux, à l'occasion de sa prise d'habit monastique, douze acres de terres sises à Combon, relevant du fief de la comtesse Marguerite de Warwick, mère de Robert du Neubourg ; il ajoute, au même endroit, cinq acres du même fief qu'il avait revendiquées et qui, du jugement des anciens du lieu, lui avaient été rendues. La comtesse Marguerite, Robert du Neubourg et son fils Henri ont donné leur accord, de même que le fils aîné d'Henri de La Prée, Guillaume, qui a promis de faire respecter cette transaction.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 1, p. 520.
- b. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B17, p. 229-230.

Indications

Caresme Anatole (Abbé), Charpillon, *Dictionnaire historique de toutes les communes du département de l'Eure*, Les Andelys, Delcroix, 1868-1879, 2 vol., t. 1, p. 789.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Rouet.

Bigaz : Bigards à Nassandres ou Bigard à Campigny (départ. Eure, cant. Pont-Audemer)

Texte établi d'après b

Quoniam cuncta pene que temporaliter agimus processu temporis memoriam sub nimia celeritate diffugiunt, susceptionem cujusdam monachi atque donationem fideli scripto commendare curavimus. Noverit itaque omnis homo tam instantis temporis quam subsequens, quia tempore Michaelis, abbatibus Pratellensium, Henricus de Pratea, melioris vite viam ingrediens sanctitatisque habitum suscipiens, tam pro suis indumentis quam pro suo monachatu Pratellensi ecclesie ea que subscripta sunt devotus obtulerit. Donavit igitur vir iste huic ecclesie pro supradictis duodecim acras de suo in villa que dicitur Combon in feodo Margarite, comitisse de Warwic, matris Roberti de Novo Burgo. Quinque vero acras terre in eadem villa et eodem feodo sitas, quas ipse diu calumniaverat

et jam diligenti consideratione et iudicio majorum natu loci illius in suum jus redire decretum fuerat, omni calumnia de medio sublata, ecclesie predictae libentissime concessit habere et perpetuo possidere. Hec autem conventio primo facta est apud Novum Burgum, concedentibus eam et testibus ex utraque parte existentibus : Roberto, ejusdem loci domino ; et Margarita, matre ejus ; et Henrico, filio ipsius Roberti ; et Gisleberto de Bigat ; et Radulfo, rustico ; et Thoma, pincerna ; et Roberto, presbitero de Witot ; et Adeliza, uxore Henrici de Pratea ; et tribus filiis eorum, Roberto videlicet et Simone et Willelmo majore, qui ipsam conventionem pro se et pro suis se servaturum fide propria in manu Roberti de Novo Burgo confirmavit. Secundo autem loco apud Pratellum fuit recordata et super altare Sancti Petri ab eodem Henrico de Pratea et filio ejus, Willelmo, posita. Ex nostra parte fuerunt testes : Geroldus, portarius ; Radulfus Bursart et filius ejus ; Ricardus de Combon ; Willelmus Maleth ; Ricardus del Val ; Theodericus, cementarius ; et alii multi.